



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculum Approbandorum Bipartitum

Unczovsky, Marianus

Coloniæ Agrippinæ, 1693

Oblatum. Reverendissimo ac Amplissimo Domino, Domino Benedicto Littwerich, Sac: Ord: Cisterc: Celeberrimi Monasterij Ossecensis Abbati, Dignissimo; Sac: Cæs: Regiæq[ue] Majest: Consiliario &c. Domino ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-37308

OBLATUM.

*Reverendissimo ac Amplissimo
Domino, Domino*

**BENEDICTO
LITWERICH,**

**Sac: Ord: Cisterc: Ce-
leberrimi Monasterij
Officensis**

ABBATI,

Dignissimo;

**Sac: Cæs: Regiæq; Majest:
Consiliario &c.**

*Domino Patrono Suo Ve-
nerandissimo.*

Reverendissime ac Amplissi-
me Domine, Domine

Abent oculi suum in
speculo oblectamentum,
hinc cecinit Poëta: De-
lectant oculum tria,
lympha, viror, spe-
culumque; triplex expressit oculorum
oblectamentum, & hoc ipsum reperitur in
Opusculo meo, quod vigilantibus oculis
Tuis Reverendiss: ac Ampliss: Domi-
ne, Domine Patrone venerandissimè
humillimè præsentò: est enim Specu-
lum aquæ salutaris sapientiæ immersum,
quod selecti flores Sententiarum reddunt
floridum & optatum Patrocinium Tuum
gratiosum simul & benedictum: est Spe-
culum, cui fecunda Gravissimorum Do-
ctorum ingenia dederunt Materiam, a-

):(3

170-

*morosa erga DEUM pietas, & operosa
 erga proximum charitas formam; est
 Speculum representans quidem Consci-
 entia maculas, attamen sine macula, quia
 purissimam exhibet veritatem: est denique
 Speculum domesticum, pro quotidiana
 speculatione & aspectu deserviens. Sus-
 cipiet proinde hocce Speculum congenita
 affabilitas, quae omnibus facit amabilem
 Reverendissimam ac Amplissimam Do-
 minat. Tuam, adeo, ut ex morum sua vi-
 tate, & in operando affabilitate rectè de-
 duci possit, Supernam Clementiam Te
BENEDICTUM, semper præve-
 nire in benedictionibus dulcedinis; huic
 benedictæ affabilitati Tuæ conjuncta est
 singularis vigilantia, nam sicut oculus
 pro toto speculatur corpore, sic pro Tibi
 commisso specularis ac vigilas grege. Ex-
 ornasti aliquando Scientiâ Tuâ Celeber-
 rimum Seminarium Archi-Episcopale
 Pra-*

Pragenſe, ſemper viſus litterarum Ama-
tor, & ideo Sapientium Filiorum corda,
Te ſibi elegerunt in Patrem, ſperantia
ſub hoc Atlante ad ſuſtinendum Prælatu-
ræ pondus aptiſſimo, feliciffimos e-ventus,
quorum votis meum quoq; adjungo, op-
tans gratioſam in agendis Spiritûs S. aſſi-
ſtentiam, ſimulq; de Rore Cæli ac de pin-
guedine terræ abundantiam.

Ferveat Divina Providentia deſide-
rijs ac pijs intentionibus Tuis, & quæ fe-
lici aliquando Viatori BENE DICTO
continuum largita eſt gratiæ Cœleſtis aug-
mentum, idipſum Tibi clementiffimè lar-
giri dignetur!

Reverendiſſimæ ac Ampliſſi-
mæ Dom: Tuæ

Humiliſſimus & obligatiſſimus
Servus

P. Marianus Unczovsky,
M. S. F. C.